

Traditiones Wizenburgenses (Ed. Glöckner) Nr. 31

In nomine domini nostri Iesu Christi. Ad monasterium cuius vocabulum est Wizenburg et est constructum in honore sanctorum apostolorum Petri et Pauli, ubi Iustolfus episcopus preesse videtur. Igitur in dei nomine Hildirichus et Albirichus presbiter tradiderunt in elemosina eorum ad partem sancti Petri ipsius monasterii, hoc est quod donamus in pago Alisacinse in villa qui dicitur Dauhhendorf hobam I integram ubi supra Reginharius manet, cum edificiis terris campis pascuis pratis aquis aquarumve decursibus, in ea vero ratione ut ipsa casa dei hoc habeat teneat atque possideat, et firma sit ista tradicio, ut supra. Acta in monasterio Wizenburg sub die V kalendas ianuarii anno XXXI regnante Carolo rege Francorum. Ego Wolfhardus scripsi.